Rostocker Dokumentenserver

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Memoriae Plurimum Reverendi & Clarissimi Viri Dn. M. Lucae Backmeisteri, Specialis Superintendentis, & ad Divi Petri apud Ratzeburgenses Pastoris fidelissimi, Nati MDCXVII. [12. Febr.] Denati MDCLXII. 25. Jan: parentant Amici

Lubecae: Venatoris, [1662]

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn766613798

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn766613798/phys_0001
DFG

Mk – 13755 1–30
<16, Jh.>

http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn766613798/phys_0002

Memoriæ
Plurimum Reverendi & Clariſſimi
VIRI
Dn. M. Lucæ Back-meiſteri,
Specialis Superintendentis, & ad
Divi Petri apud Ratzeburgenſes
Paſtoris fideliſſimi,

Nati cIↄ Iↄc XVII. 12. Febr.
Denati cIↄ Iↄc LXII. 25. Jan:

parentant
Amici.

LUBECÆ,
Literis GOTHOFREDI VENATORIS.


CHRISTVS·IST·MEIN·LEBEN
STERBEN
GEWIN

De Bacmeisteris.

Bacmeisterorum cui non est cognita virtus,
Quos Lunæburgum Rostochiumq; tulit?
Lucas, Henricos, Matthæos atq; Iacobos
Nec non Ioannes nomina quanta! lego,
Theiologos summos, Nomicos, Medicosq; Sophosq;
Hos post fata etiam Fama per astra vehit.

Lucæ fuêre inprimis duo celebres, alter Pater, Filius alter. Pater s. Senior, (a quo flores Bacmeistorum familia,) fuit Theologus Rostock. Modo Concionandi, simplici explicatione in historiam Passionis, mortis et Resurrectionis Christi, Simplici explicatione Typorum V. Testam. adumbrantium Christum, ejusq; personam, Sacerdotium et Beneficia, Scholastica explicatione in Psalmos Poenitentiales et Threnos Jeremiæ Prophetæ, Locis Doctrinæ ex Propheta Amos, Thesibus de Sacramentis et Cœnâ Domini, aliisq; scriptis editis clarus. Filius s. junior Lucas, fuit itidem primum Theologus Rostock. postmodum Superint. Gustrov. Loco Doctrinæ de Lege Dei, tredecim Disputat. illustrato, Disputat. tredecim in Formulam Concordiæ, Disputat. XXIII. oppositis Decretis Concilii Tridentini, scripto contra Rhuelium, aliisq; promulgatis ~~clarus~~ celebris (f. reliquit Filium Lucam, jam ultra xx. annos in Academiâ Rostock. Theol. Profess.). Henrici iterum duo clari, alter Pater, alter Filius. Pater Henricus, Lucæ Senior. Filius natu minimus in Academiâ Tubigensi anno 1615. renunciatus J.U.D. postmodum Capituli Verdensis Præpositus, ac Syndicus Lüneburgensis factus. Hujus Filius Henricus junior, primum Academiæ Tübing. Secretarius, deinde J.U.D. creatus, ac tandem Seren. Duc. Würteb. Consiliar. ac Cameræ Procurator constitutus, in quâ statione adhuc degit, habet duos optimæ spei Filios Henricum et Eberhardum. Matthæi quamvis in familiâ

Hujus Genealogiam descendentem vid. pagina subsequente.

Bacmeisterianâ plures fuêre, unus tamẽ præ cæteris hactenus excelluit, videlicet MATTHÆUS, Lucæ Senioris filius octavô genitus, ac mei defuncti LUCÆ Parens. Hic Medicinæ Doctor, Reipubl. Lüneburg. Physicus, ac illustrissimi Principis ac Domini, Dn. AUGUSTI, inferioris Saxoniæ, Angriæ et Westphaliæ Ducis Archiater extitit, divulgatione Operum Medicorũ Francisci Joelis, aliisque de Conservationa Valetudinis â se conscriptis ac publicatis clarus. Iacobi, quamvis in familiâ Bacmeisteriana et plures extitêre, unus tamen et hactenus inter illos ~~excelluit~~ eminuit, atque notandũ in flore ætatis esse desiisse. Qui a. præ cæteris inter Jacobos palmã meruit, est IACOBUS, Lucæ Senior. filius primô genitus. Fuit iste Vir insignis eruditionis ac anno ætatis XXIX. Professor Linguæ Hebrææ in Academiâ Rostoch. constitutus, verum primo Professoratus anno eresypelate placidê expiravit. Alter IACOBUS, Lucæ jun. filius, excellentis ingenii juvenis, cum in Academiâ Rostoch. sacris literis operã navaret, ex hâc vitâ emigravit. IOHANNES duo inprimis clari, ac Medici ambo. Alter dictus Senior, junior alter. Senior Johannes, fuit Lucæ Sen. filius 2do genitus. Hic diu Medicinã professus in Academia Rostoch. ac inter cætera Aphorismos Hippocratis enarravit, quas enarrationes post obitum Autoris Bartholomæus Horn, Medicus Stralsundensis vero Autori surripuit, ejusque nomen suppressit, et sub titulo Vates Medicus Hippocraticus divulgavit, atque sic plagiũ commisit. Johannes junior, Matthæi filius natũ minimus, et mei Lucæ, cui jam justa solvimus Germanus, hodie in Academiâ Rostoch. Medicinã docet, et Reipubl. Rost. Physicus est.

Hos imitatus AVUM est LUCAS PATRUOSque PATREMque
Et quamvis titulo, non tamen arte minor.
Sed liquit mundum celer, tinc cunctisque relictum
Est desiderium, dempta quod ... ~~ebrietas~~ ... litas. Affinit. ergo f.

i. B. Z. D.

SPe citiùs vaſto merguntur in æquore naves,
Et nubes volucres involvunt ſidera clara,
Oceanum citò Sol nitidnm caput abdit in altum,
Noctifer & ſubitò juga deſerit Heſperus Oetes.
Sic hominum mortale genus vitale relinquit
Lumen vel ſubitò, Sic diſponente Jehovâ.
Quod BACKMEISTERUS dulcis mea portio cordis,
Et mihi ſincerè teneris dilectus ab annis,
Comprobat exemplo triſti, citò deſerit orbem,
Qui vel dignus erat tranſcendere Neſtoris annos.
Devotum tibi, Chriſte, caput, cælique miniſtrum
Eximium Libitina ſuis ſubduxit, & ipſum
Euſebies templum verum, Suadæque medullam.
Ipſi quantus erat fervor, quis Zelus agenti
Res hominum cauſasque DEI? Teſtantur id omnes,
Queis pietas, candorque Viri, vis docta loquendi
Cognita ſunt, & qua ſeſe memorabile nomen
Explicat, & BACKMEISTERI nitet aurea fama.
Occidit heu! ſidus noſtrum, ſed gaudia curis
Mutans, jam fulget celſi novus hoſpes Olympi.
Occidit, haud periit, modò quod grave cunq; gerebat
Depoſuit, noſtris oculis ſe ſubtrahit ipſe
Tantùm BACKMEISTERUS ovat, ſuper aſtra locatus
Pondere corporeo liber rutilantia cæli
Sidera quin ſuperat cognatis inſitus aſtris.
At Pater Omnipotens viduam ſolare relictam,
Et clarum Socerum renovato robore firma,
Indulgens ipſi vires æquilæque ſenectam!

Sinceri adfectus, & juſti doloris
teſtandi ergò mærens
fundebat

JOHANNES NICOLAI,
Lubec. ad Div. Petr. Archidiac.

MUltis nominibus mihi beatus
Videris, Superûm recepte ſede,
BACKMEISTERE DEI ſacer miniſter.
Claro namqve ſatus patre, & celebri
Avo, Roſtochii diu docentem
Qvem mirata fuit cathedra ſacra.
Natura ingeniiq; rarioris,
Et linguæ dederat diſertioris
Dotes, judicii & politioris.
Pectus ingenuum, carens & omni
Turpi labe animus, doli omnis expers,
Atqve antiqva fides, amorq; honeſti,
Laudes perpetuas tibi pararunt.
Artes Aonii chori Pelasgas,
Et docti Latii probè tenebas.
Hebræos codices, ſacrosq; fontes,
Chaldæosq; libros, Syriq; linguam
Cognoras penitus labore multo.
Qvicqvid Auſonii Patres (a), Photini
Aut damnata cohors libris profanis
Tra-

+ Duas namq Conjuges habuit lectissimas, (Henricus Bachmeister Consil. Wirtenb.) ex quarum priore, supranominati Henricus et Eberhardus sunt nati. Horum primus itidem Wirtemberg. Ducis Consiliarius rerum Militarium; Alter vero Frisiae Orientalis Principis Archiater et Ecclesiasticus Consiliarius. Posterioris a. Conjugis filii sunt. 1. Christophorus Henricus 2 Johannes Fridericus. Urbis Neoburgensis in Ducat. Wirtenb. Scriba publicus. 3 Lucas Gottofredus, ~~Rat~~ philos. Magister et SS. Theol. Stud. 4. Philippus Jacobus Pharmacopola Ulmensis. 5. Benjamin. in tenerrima juventute mortuus.

Scrib. Hala die 3 Julii 1706.
M. Lucas Gottofredus Bachmeister.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn766613798/phys_0011
DFG

āo. CIϽIϽCXLV. ~~mense~~ die 17: Julii,

b.) Nactus tori sociam Annam Meyers, CL. ac Eruditissimi Viri Dn. M. SEBASTIANI MEJERI Lubec. Scholæ Rectoris, ejusq; conjugis GERTRUDIS DOBBINIÆ, ex Nobilissima Dobbinorum familia progenitæ, filiam natū majorem, ex quâ suscepit septem liberos, videlicet Sebastianūm, Sophiam, Matthæum I. Luciam Gertrudis, Matthæum II. Annam Sophiam, Annam Dorotheam. b.)

x. ut cætera ipsius ingenii monūmenta, vidd. varias conciones funebres editas, aliaq; quæ nondum lucem viderūt, sicco quod etr pede prætercam.

Tradit, aut docuere Zvingliani,
Te legiſſe liqvet ſatis freqventer.
Partes officii ſacri & perampli,
Qveis in Hadelia, vada ad Viſurgis,
Poſt in urbe Racis, loco ſupremo,
Perfunctus graviter fideq; magna,
Immortale decus tibi dederunt.
Eras conjugio & tuo beatus,
Cum nactus ſociam tori pudicam,
Septies (b) generi tuo venuſtam
Qvæ prolem dedit, & domum beavit.
Poſt hæc tu facili piaq; morte
Mundum deſeris, & moleſtiarum
Agmen omne fugis, Tonantis ædes
Altas ingrederis canens triumphum.
Ergo te meritò voco beatum
Multis nominibus, recepte cœlo
BACKMEISTERE DEI ſacer miniſter.

(a) Argumento ſunt duæ, perdoctæ ipſius Diſputationes, qvas inter cæteras in Johannis Cap. II. & X. conſcripſit, & priorem VII Sept. 1644. poſteriorem IIX. Febr. 1645. ſub præſidio WILHELMI LYSERI, Theologi celeberrimi, habuit.

(b) Ex ſeptem liberis, qvinq; Patrem præceſſere ad æterna illa gaudia. Superſunt duo, filius SEBASTIANUS, & filia LUCIA GERTRUDIS.

Natus

Natus eſt ~~Roſtochii~~ Lüneburgi anno æræ Dionyſ.
clↄ Iↄc XVII. 12. Februarii.

Parente Viro Excellentisſimo

Dn. Matthæo Backmeiſtero, Rostoch.

Medicinæ Doctore, a.) & Phyſico Lunæburgenſi.

Matre Sophia, Dn. Johannis Kellermanni COS. Rostoch. filiâ.

Avum habuit Virum Celeberrimum

Dn. Lucam Backmeiſterum, Lunæburg.

SS. Theologiæ Doctorem, b.) ~~ac~~ Profesſorem per 47. annos ~~ejusdem~~ Roſtochii Publicum, & Superintendentem ibidem ſpectatisſimum.

Aviam Johannam, Dn. Jacobi Bordingii Medici filiam. c.)

Anno clↄ Iↄc XLV. d.) ~~ab~~ Illuſtrisſimo Principe

Auguſto, Duce Inferioris Saxoniæ &c. regionis Hadeliæ ad ~~Vallingam~~ Albim mense Majo Superintendens & Paſtor Otterndorffenſis introductus eſt. Qvam provinciam poſtqvam integros undecim annos ſumma cum laude ſuſtinuisſet, inde Raceburgum e.) vocatus, à mense Julio Superintendentis Specialis, & ad D. Petri àpud Raceburgenſes Paſtoris munere, usqve ad beatum ex vita excesſum, curâ ſummâ functus eſt.

e.) Ao clↄIↄCLVI.

Decesſit anno clↄ Iↄc LXII. 25. Januarii, hora qvarta matutina, inter preces & pia ad DEUM ſuſpiria, cum nondum expplevisset annum ætatis 45.

M. Henricus Bangertus.

a.) illustriſs. Principis ac Domini, Dn. AUGUSTI, inferioris Saxoniæ, Angariæ et Westphaliæ Ducis Archiatro, Reverendiſsimi Capituli ad D. Michaelem in inclyto Laneburgo Medico,

b.) primum Sereniſs. DOROTHEÆ, pientiſsimi CHRISTIANI III. Daniæ Regis Viduæ per trienniū â Concionibq aulicis, deinde

c.) Patrem amisit, vel potius ad cælestia præmisit puer octo annos natq. itaq; Mater verè SOPHIA atq; Avunculq Dn. Christianus Kellermannus, ICtus, id solum egerunt, ut puer in pietate boniſq; artibq rectè educaretur, quo aliquando Majorū vestigiis insistere, et Ecclæ vel Reipubl. inservire poſsit, atq; sic eum doctiſsimorum juvenū informationi tradiderunt, inr quos eminet Dn. Johannes Nicolai, tum Theol. Studioſq, jam aū nos ad D. Petri Archi-Diaconus meritiſsimq, quorum ductū tantum profecit, ut dignq judicaretur, qui se cœlo Academico committeret. Et vix expleverat annū ætatis 17. tum ſvasū Avunculi Dn. Christiani Kellermanni modò laudati ad Gryphicos ablegatq aō. 1634. Hinc circa autumnū Anno 1635. „vocatq Rostochiū, (:ibi n. post obitū Mariti sedem fixerat Mater:) atq; ibi substitit usq; ad vernū tempq anni 1638. tum trajecit in Daniam, atq; regiam Academiam Hafniensem, multis nominibq celebratiſsimam adiit. Tandem anno 1641. se ad Scholam Universalem Witebergensem contulit, ubi Philosophiæ summū gradum aō. 1642. mense Aprili adſcendit sub Dn. Johanne Scharffio S.S. Theol. Lic. et Prof. Extraordinario, nec non Logicæ et Metaphys. ordinario, ubi primo inr oēs loco constitutq est, habitâ priq publicâ Disputaōe de causis corporis Naturalis sub Dn. M. Johan. Sperlingio. Ubiq; autem se ita geſsit, ut pium ac diligentem Studiosum Theologiæ decet. Nam ut de illo testimoniū perhibet Facultas Theologica in inclyta Witebergâ, publicas et privatas lectiones ad pedes Profeſsorū sedens excepit; nec Collegiis tantū ipsorum velitatoriis sese addixit, s. et proprio Marte, ut loquutq, Disputaōes

tres

tres, quarum ſuperius facta mentio, conſcripſit, quæ jam lucem adſpexerunt, et ipſius nomini lucem addunt. Concionu[m] sacraru[m] auditor fuit sedulus, et felix imitator. Fuit præterea, si quisquam alius   integer vitæ ſcelerisq[ue] purus. Hactenus Theologi Witebergenses.

d.) mense Martio literis ab Ecc[lesi]a Otterndorffensi in Hadelia ex inclytâ Witebergâ commendatio[n]e insignis ICti, Dn. Davidis Gloxini, Syndici in n[ost]ra Republ. Lubec. primarii, vocatus, venit Ratzeburgum, ac habita concione coram Celſiſſimo ac illustr. Principe AUGUSTO etc. ab ejus Celsitud. literis commendatus ad Ecc[lesi]am Atterndorpiensem miſſus, et ibi habitâ concione δοκιμαστικῇ, legitimè ab Ecclesiâ electus, regionis Hadeliæ etc.

Piis manibus
Admodum Reverendi & Clariſſimi Viri,

Dn. M. LUCÆ BACKMEISTERI,

apud Raceburgenſes Paſtoris, & Conſiſtorii, quod in Ducatu Saxoniæ inferioris eſt, Aſſesſoris graviſſimi, nocte, cui Dies Pauli ſuccedebat, corporis ergaſtulo ſoluti, & Cœlo dudum deſiderato recepti,

Epigramma:

PLurimus ætheriâ jam BACKMEISTERUS in (aula
Vixit, ubi natum terra noverca tulit,
Scilicet illam alti meditatus pectoris æſtu,
Et ſpirans animis & prece ſemper adit,
Sedulus hic populo divina oracula pandit,
Ut ſtupeat dios turba ſacrata ſonos.
Sacrorum Antiſtes, quo non præſtantior alter
Ore levare ſui pectora anhela gregis;
Qui pietatis amans veri ſectator & æqui,
Enthei inexhauſtas cordis habebat opes,
Qui ſibi commiſſum munus devotus obivit,
Atque ſuum pavit pectus amore Dei,
Agnoſcit lethi venturi haud inſcius horam,
Pervigil ê ſtrato corripit atque caput.
Indefesſum orans, accendi lumina poſcit,
Et recipi patrio mens petit alta polo:

Ecce

Ecce ruunt celeres venti multumque ſonantes,
Vaſtus & emittit murmura rauca polus,
Fallor an Angelicæ labuntur ab æthere turmæ,
Ut portent civem in tecta ſuperna novum:
Momine ſic puncti BACKMEISTERUS petit altum,
Sidereasque domos incola lætus habet:
Talis flammivomo raptus ſuper æthera curru
Thesbius humanis ſedibus exul iit,
Talis, ubi noxæ ſcelerisque redarguit orbem
Jarides petiit rega beata Pater:
Hinc deſiderium noſtro ſub corde relictum eſt,
Qvod noſtris oculis rapta ſit Euſebie.

Ita
beatisſimos manes
proſeqvebatur
JUSTUS TRIBBECHO,
L. S. Collega.

Quo fugis ah pater! ah quorsum mea portio cordis
tendis? cur natos linquis in orbe tuos?
Scilicet excelsi Domini sic ſãcta voluntas
juſſit, migrares, cælica regna petens.
Aſt æterne Deus Genitoris ſuſcipe curam,
Præsidium conſtans, sis meũs oro Deus!

Nil præter lacrymas hæc et suſpi-
ria vita eſt,
in cælo requies colloqũq; Dei.

ita ingemiſcit luctũ plenus filius
Sebaſtianũs primogenitus,
d. cũ Sorore Lucia Gertrũdis
ũnicè relictus.

De Möglingijs

Versus, qui in Fundatoris Familiae Möglingianae hic Tubingae Johannis, Pistoris ac Civis Tubing. Epitaphio Templi Georgiani nostri leguntur, hi sunt:

Hic Janus Mögling thalamiq; Scholasticae consors
Fritzingera jacet: par sociale pium.
Undecimam DEUS his postquam dedit ordine prolem
Tres è qua celebres Paeonis arte viri
Wilhelmus Tubarim, Reutlingam Nicoleq;
Et Nicri Daniel ornat utramq; Scholam.
Qui pietatis amans chari juxta ossa parentis
Hic charae Matris condidit ossa suae.

Epitaphium D. Wilhelmi Möglingij.

Anno 1565 die Julij ist der Ehrwürdig, hochgelehrt Herr Wilhelm Mögling der Artzney Doctor in Christo dem Herren seelig entschlaffen.
Anno 1556. ist die Tugendreich Fraw Martha Kirchmännin von Weilerstadt, H. D. Möglings erster Haußfraw seeliglich auß diesem Jammerthal verschieden.
Anno 1582 ist thewr die Ehr und Tugendreich Fraw Barbara Lottelbäckin von Onoltzbach Herrn D. Wilhelm Möglings seelig andern Ehelichen Haußfraw in Christo seeliglich entschlaffen.
Der Allmächtige wolle Ihnen sambt allen Außerwöhlten am jüngsten tag ein fröliche aufferstehung verleyhen. Amen.

Fructifer ut quarto LVXIsset IVLIVs astr.
Cessit e sub VIrIDI DoCtor hic ossa tegit.
Qui celebri niveo fausta ornat, amabat, alebat,
Stemma, Deum, Patriam, nomine, corde, manu.

A) **WILHELMUS MOEGLING**, Civis fuit Uracenſis, vixitque 120. ann. is Filios

B) **I. Martinum**, cujus is fuit religionis ardor atque cupiditas, ut ob christianam veræ ac ſinceræ fidei confeſſionem in Catalogum ſive Indicem Hæreticorum relatus fuerit à Romanæ Sedis Pontificibus.

II. JOHANNEM, qui præ D. cognomen habuit, forte ob virtutem omnium ſermone [illegible] foedere juncta fuit Ag[illegible] Fundatoris. Ex hac ſua [illegible] eminuere

E. **AMANDUS**, J. U. D. Conſiſtorii Studgardienſis Advocatus, et Academiæ Tub. aliquando Profeſſor, ibidem 1511 Decanus Artium, vir integerrimus, nec minus re quam nomine amandus; erga Ducem Ulricum, quamvis Exulem et è Patria extruſum, usque eo tamen fideli fuit animo, ut ejus amore ab illis, qui Principi erant inimici, et contrarias partes tutabantur, aſſervari ſe cuſtodiis, in carcerem abduci, periculo capitis (quamvis innocens) illigari ſineret; et duriſſimo illo Reip. tempore multa pati dura atque aſpera non recuſaret. Qua de re ejus illa nota atque teſtata fides et integritas Illmo Principi poſtea reſtituto, cum magna Moeglingiani nominis celebritate fuit commendatiſſima. † 1534.

H. **WILHELMUS**, ao 1552 [primum Magiſterii gradum ao 1546 adeptum] D. Medic. creatus, primum 12 annos Phyſ. Ordin. Rotenb. ad Tubarim, deinde Tubing. in Patria Medicinam exercuit. † 1565. m. Julio. Prima Uxor Martha Kirchmannin von Weilerſtatt, quâ 1556 demortua, duxit 2dam Barbaram Cottel-bachin von Sulzbach, ex qua vidit Filium unicum

L **NICOLAUS**, ao 1562 D. Medic. proclamatus, [illegible] primum apud Fratrem Wilhelmum Rottenburgi [illegible] Campidunenſis et Reydlingæ Phyſicus Winsheimii, ao 1554. Magiſter Calvæ ob peſtem creatus eſt.

N. **I. DANIELEM**, Sebuſio-Alſatum, qui Mag. creatus eſt 1593. IX. cal. Mart. U. J. D. verò 1599. d. 10. Octobr. poſtquam Præſide Parente Theſes ex universa Medicina die 4 Julii pro gradu publice [illegible]

O **II. ISRAELEM**, eod. loco natum 1575. d. 26. Januar. eod. tempore et die et Philoſ. Mag. et D. Medic. cum Fratre Tubingæ creatus, Latinæ Linguæ [illegible] in Pædagogio Prof. et deniq. Med. Pract. publ. † Sponſus Reytlingæ, non ſine ſuſpicione propinati toxici ab iis, qui Sponſam ejus ambiebant, procis. d. 22. Januar. 1601. æt. 26.

P **III. WOLFGANGUM**, Paſtorem Loſenheim. Maulbrunnenſis Præfecturæ, qui Filium habuit

Q M. JOH. WOLFG. Archiatrum Durlac. et Phyſ. Pforzh. cujus Filii

R JOH. ULRICH Quæſtor Studg. qui ex Uxore prima genuit M. GEORG. ULRICUM.

S JOH. BURCHARDUS Archiater Würtenb. † 1725 d. 20 Apr. mane hora 5.

I. M. Johan. **WILHELMUM**, Conſiſtorii Studgard. Aſſeſſorem, deinde Eccl. Vaihingenſis Ephorum et Maulbrunnenſis Superint. generalem, tandemque Abbatem Regiafont.

K Filiam N. vocatam Jeremiæ Seng, Med. D. ac Socero in Phyſicatu Rottenburg. ad Tubarim Succeſſori.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn766613798/phys_0022
DFG

cūm **Bacmeisteris** Consanguinitate, indeq; descendentibūs Liberis, Nepotibūs ac

genūit tres, nempe:

ter hæreditariūm nomen, etiam HEIDEMANNI
officio (fūit n. Saltūū Uracensiū Præfectūs, Vir ob
celebratūs) ita dictūs. Vixit 100 annos, cūi matrimo=
nes Strilina, Soror Fratris, stipendii Striliniani
ore X Liberorū Parens factūs est, et inter hos inprimis

III. WOLFGANGŪM, optimarū
Artiūm Tūbing. Prof. et ordi=
nis Philosophorū Decanūm.
À Crūsio hic Menner dicitūr, et ao
1503 Decan. M. Joh. Achzinit Magister
creatūs, ipse a. Decanatū primūm gessit
1509.

JOHANNES, Civis Ūracensis, qui ex ūxore sūa Barbara Brastbergeria propullū=
lare (cū annū ætatis LXXX vixerit) vidit Filiūm ejusdem nominis

JOHANNEM, civem et Artocopū Tūbing. Hujus Epitaphiū hic Tūbingæ in Templo S.
8 annos ob vigilias labores, continuos cæcū, Georgii est sequens: Anno 1555. Mart. 9. ver=
ab Oculari ex Scorndorfensiū Medico Kirds=
vatero visui restitutus ad annū obitus et ætatis
tis sūæ LX. Uxorem habūit Scholasticam,
Nicolai Frisingeri, Vinitoris et Senatoris Tūb.
Filiam, (cujus uxor ex antiquissima Hoeschli=
norū fūit familia) ex qua XIII Liberos
genūit, et inter hos inprimis nūmerandi:

schiede in Gott seliglich der Ehrenhaft und
achtbar Johannes Mögling, Bürger zu Tü=
bingen und hernach anno 1583. Jul. 7. starb
auch christl. die Frau, der Ehrbar und Tugendsamen
Frau Scholastica Frisingerin, sein Ehe=
lich Hausfrau, welchen beiden der allmächtige
Gott ein fröhliche Urstend verleihen wolle ...
tis, ... D. Joh. Vischero, die 12. Sept. de
postquam Præside D. Joh. Vischero ... Tubingæ pro gradū dispu=
Phlebotomia Prægnantiū ... tasset.

DANIELEM ao 1572. Med. D. salūtatūs, Physicus primum Weissenburgi, et Göppingæ, dein Heidelbergæ in Academ. et Aula, tandem Tūbing. Med. Professor, cū Fratribus suis medicis in medendo adeo felix et fortunatus fūit, ut præcipuum quondam sanandi donū, à Medicina Autore DEO, omnes Möglingos accepisse, multi sibi persuaserint. † 1604. Uxor fūit Ursula Rieppen, Rudolphi Rieppen, Consul. Tūbingen Filia, cū qua genūit VIII Filios sequentes:

SEBASTIANŪS, natu maximūs, qui literis operam dans, in Studioso=
rūm nūmerūm relatūs est anno
1538, sed ut videtūr, non diū am=
plius sūpervixit.

NB. Quædam ex his ... Filiabus Camerario desponsata fūit, quæ Familiam Camerarianam propagavit ad huc florentem.

IV. JOH. WILHELMUM, Cellar. Sindelfing. ... Tubing.

V. JOHAN. LUDOVICŪ, Med. D. et Prof. Tūbing. cujus uxor Regina Blandina, Med. Lindav. Ulrici Andreæ, incomp. Theolog. et Cancell. Tūbing. Filii, Filia.
Vid. pag. seqv.

VI. JOH. RUDOLPHŪ, Med. D. et Bebling. Phys. cū jam cal=
vensiū Medicus à Dū=
ce constitutus esset,
peste obiit Boebl.
relicto Filio
DANIELE

Sub Patre sūo ao 1594 duas disputat. Anatomicas
necnon eod. anno, De Tormentariorū Vūlnerū Na=
tūra et cūratione disputationem habūit.

VII. JOH. DAVIDEM. Mad. D. et Phys. Heilbr. ut et Bietigh.

VIII. JOHAN. NICOLAUM, Philos. Mag.

Pronepotibus, utriusq Familiæ ad hæc usq tempora producta.

Hic Danielis Moeglingii Filius ordine V JOHANNES LUDOVICUS pag. anteced. recensitus, ex Uxore sua Regina Blandina, Medici Lindaviens. Ulrici Andreæ Filia (cujus soror Maria Conjux fuit Joh. Harppr. U. J. D. et Prof. Tubing. ex quo Familia hodierna Harpprechtiana) produxit Filium ejusdem cognominis

V. JOHANNEM LUDOVICUM, itid. Medicinæ Doctorem ac Professorem Tubing. nat. 1613. d. 4. Octobr. Virum πολυγλωττον, non primariorum saltem, ut Latinæ, Gallicæ atq Italicæ, sed Litteraturæ etiam Sacræ, et Linguis orientalibus, puta Græcæ, Hebraicæ, Syriacæ, Chaldaicæ et Arabicæ Linguæ incubuit. Uxorem duxit Annam Elisabetham, Prof. Græcæ et Hebraicæ Linguæ Joh. Baptistæ Weigenmayeri Filiam, Moritur 1693. d. 9. Novembr. æt. 80. Hujus Liberi sunt

I JOHANNES LUDOVICUS, Med. D. et Principis Baruthini Consiliarii et Archiatri excellentissimi, cujus Uxor Filia Joh. Bretten Polygraphi Boebling.

II. M. JOHAN. RUDOLPH. Pastor Feuerbac. Uxorem habuit Reginam Magdal. Consil. Tutelaris Georgii Friderici Behrii Filiam

III. JOH. PHILIPP. Colleg. Illustr. Tubing. Procurator.

IV. JOH. DAV. J. U. D. et Prof. Pandect. Publ. Consil. Duc. etc. Uxores habuit duas, quarum prima Susanna Benedicta, Canc. Cursii Filia: Altera Filia fuit Schmidliniana Soph. Margar. Ex priori Conjugio genuit Filium

V. M. JOH. HENR. Pastor Remmingsheimensis, qui Uxores habuit duas: una Finckhiana, altera Felicitas Susanna, Quæstoris Redituum Ecclesiasticorum Tubing. Joh. Philippi Moseri Filia, ex omnibus orbus mor. 18. Julii. 1715 Kaisersheimi ... ad ... Scholarum.

JACOBUM DAVID. J. U. D. et Prof. Ord. cujus Uxor Justina Tabitha, Icti D. Grassi, Uxorisq Frommannianæ Filia, cujus Liberi:
Jacob Friderich.
Michael Andreas.
Justina Barbara.
Benedicta Tabitha.
Christian Ludwig.

Ex posteriori Conjugio vidit 1. MARIAM SOPHIAM, nuptam Johanni Bacmeistero, Med. D. et Phys. Tubing. qui produxere:
Johannam Sophiam.
Wolffgangum Henrich.
Joh. Sebastianum. +
Mariam Elisabetham.
Mariam Dorotheam.

2. SUSANNAM MAGDALENAM. 3. JOHAN. FRIDERICUM. elocatam Joh. Friderico Sattlero, Præfecto Neustadiensi. ex qua:
Sophia Magdal.
Johan. Friderich.

VI. REGINA BLANDINA. (Ss)
Cujus Maritus Christianus Gansland, Syndicus Academiæ Tübing. quo cum genuit
1. Reginam Magdalenam. (Tt) 2. Mar. Rosinam. (Uu) 3. Mariam (Vv) 1.

VIII. ANNA ROSINA. (Ww)
Uxor Wilhelmi Laurentij Heerborthi, Phys. Megalo-Bothwar. ex quo accepit
Xx. 2. ANNAM ROSINAM † 1747. nupta Jacobo Friderico Bossert, Pastori Wanckh. d. 29 Mart. circa horam 11. antemerid. quo cum genuit
Yy Jacobum Henricum. Diacon. Neuphens.
Zz. Sophiam Felicitatem.
Aa Bedictam

VIIII. MARIA MARGARETHA.
Cujus Maritus Christophorus Tretsch, Vogt zu Badlingen, ex quo accepit 1. M. Christoph, Præcept. in Taufthum, 4. ihre Kinder. (Cc)
Dd 2. Maria Magdalena nupt. Jos. Bapt. Baudoz, Cornet unter Schwäb. Crayß-Dragonern.

a † Brustdr[?] in Tübingen.

Ee 1. Sophia Magdalena, Maritus M. Tobias Hess, Pastor in Pfeffingen, Bahlinger. Dioeces.
Ff 2. Jos. David, a. Buchdr. Uxor Margaretha, geb. Heumännin.
Gg 1. Margaretha. Hh 2. Jos. David. Ii 3. Jos. Christoph. Kk 4. Catharina Justina. *

* Ll 5. Mar. Henrica.
Mm 6. Maria Barbara

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn766613798/phys_0026
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn766613798/phys_0027
DFG

De Scriptis JOHANNIS BACMEISTERI Matthæi Fil. ex ipsis literis ad ICtum quendam Argentoratensē, in quibq illi Filium suū natū maximū Johannem de meliori notâ commendat.

Anno 1677. tertio idiū Augusti ipso Hermanni die horrendo hic Rostochii excitato incendio per insidias externas, nullo domesticorū meorū errore, lares nostros aggressus, tantum in bona mea exercuit imperium, tantam tyrannidē et violentiam, ut non solum ædes meas magnis sumptibq eleganter satis extructas, unaq; cum reliquâ suppellectile aûrea, argentea, ærea, stannea, lignea, Bibliothecam meam quadraginta annorū decursu sūmmâ diligentiâ et curiositate ex selectioribq Medicis, Mathematicis, Philosophis, Historicis, Philologisq; collectam, et tot annorū lucubrationes, tot instrumenta Anatomica, Chirurgica, Mathematica, tot sceleta affabrè concinnata, imo quod palmarium opera â me ductu et auspiciis Minervæ confecta, quæ observaões Medicas et chirurgicas nongentas quinquaginta octo complectebatur, propediem lucem visuras, atq; sic ūniversam nram Minervam uno velut fulmine, non tamen sine DEi volūntate prosterneret, atq; perditissimis suis ruinis involveret, nihilq; præter jovis cerebrum s. mentem bonam in sano corpore cum liberis dilectissimis intactum relinqueret, quod clementiæ divinæ omninò attribuendum.

… Juni 190…

Johannes Sohn Gerhardi III. ist Rathsherr in Lübeck gewesen, und eine nahmens Elisabeth Müllers geheirathet, mit der er gezeuget

1. Johan, so zuletzt des Ampts Tangerdorff Verwalter gewesen, der hinterlassen einen Sohn, welcher Prediger zu Nüssa in Nieder-Sachsen. +
2. Gerhard, so mit einer von Lüneburg, die über 400. jahr an den Rathsstuhl in Lübeck bekleidet, sich vermählet, von der gebohren ein Sohn, nahmens Gerhard, Mercator. und
   Tochter, nahmens Elisabeth, die zuletzt he. Henricum Baleman, I.U.D. und Senat. Lubec. zur Ehe gehabt.
3. Agnes, die verheirathet an he. M. Michael. Siricium Pastorn an St. Marien in Lübeck, davon die Herren Siricii
   M. Gerhard, Ecclesiastes Ægid. Lubecæ.
   Michael, S. Theol. D. et Superint. Circuli Rostock.
   Johannes, JCtus et Cos. Lubec.
   Christophorus, Secretar. Lubec. etc.
4. M. Hermannus, Past. ad ostium Travæ, so mein Schwieger-Vater.

Herman, so der Groß-Vaters Landgutt Rübbersdorff geerbet, hat wieder einen Sohn hinterlassen, so auch Herman genandt, welcher Ao 1619. Catharinam von Nielsen geheirathet, mit der er gezeuget

1. Herman, der das väterl. Landgutt bekommen, hat geheyrat Marg: Elisab. Wildenerin, von der gebohren

Mortuus est an. 1711. 24. April. ætat. 55. Herman Bernhard, Lieutenandt, der ietz das Väterl. Landgutt besitzet, und Claram Krauthofin geheirathet. Hæc peperit filium in partu mortuum. 2. filiam Elsabe Cathar. Margaretam Elisabeth. 3. Gemellas, Dorotheam, Margarethâ, et Claram Elsabe. 5. Cristinam Juliam et 6. Herman Christopher.

   Johan Daniel, Mercator. +
   Dorothea Catharina, verheirathet an he. Hinrich Julius Lüder, Majorn, welche gebohren
2. Bernhardus, der studiert, und in Franckreich, Engelland, Teutschland und Niederland sich woll versuchet, ist unverheiratet verstorben. +
3. Daniel.

NB. Hujus Hermanni Bernhardi Filia natu maxima Elsabe Catharina, elocata est anno 1726 in Ducatu Mecklenburg. viro Nobili de Bassewitz.

Hæc consignata Ao. 1698.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn766613798/phys_0030
DFG

131

VI. REGINA BLANDINA. cujus Maritus Christianus Gansland, Syndic. Academiæ Tübing. quo cum genuit

1. Reginam Magdalenã. 2. Mar. Rosinam. 3. Mariam

VIII. ANNA ROSIN[A] uxor Wilhelmi Laure[ntii] Heerborthi, Phys. M[...] Bothwar. ex quo ac[...]

2. ANNA [...] nupta Fa[...] derico Bo[...] Pastori [...] quo cũ ge[...] Jacobum [...] Sophiam [...] Badista [...]

MARIA MARGARETHA. Maritus Christophorus [...]ffch, Vogt zu Bad[...]igen, ex quo accepit 1. M. Christoph, Præcept. in Tauffen, 4. Kinder. 2. Maria Magdalena nupt. Jos. Bapt. Cornet unter Dragonern.

a + Creußdorf in Tübingen

5. Mar. Henrica.
6. Maria Barbara

1. Sophia Ma[...] Maritus M. Jo[...] Hess Pastor in Balingen. Diœ[...]

2. Jos. David. Uxor Margaretha, geb. Neumännin.

David. 3. Jos. Chri[...] [M]argaretha. 2. Jos. [Ca]tharina Justina